

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Scala coeli**

**Johannes <Gobi, Iunior>**

**[Straßburg], 1483**

De auditu

[urn:nbn:de:bsz:31-106862](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-106862)

a diuice sed in morte erunt equales cum vtriusque finem portant proprii cadaveris corporis. **Q**uidodecimo est inuidie prouocatio. Non fuit quidam rex sub cuius dominio erat dives qui ideo multos contra se habebat inuidos. Unde eum apud regem accusantes dixerunt. **Q**uia eius ore non reperiebatur veritas. cuius signum tale dederunt. **D**omine interrogate eum quantum habet et per habitis quod verum non dicet. **Q**ui interrogatus respondit se non habere nisi trecentas libras. que emuli ex falso e contra vincere conabantur. **Q**ui respondit. **D**omine mi rex illud non reputo meum quod vos vel fortuna vel malicia auferre poterit. **D**abeo enim trecentas libras in manu dei pro cuius amore dedi que meas reputo. **E**cetera autem quibus hi inuidet mea non sunt sed vestra. cuius prudentiam rex multum ponderans liberam dimisit. **I**tem ad idem Miles quidam pro avaricia frequenter curias ut burse perceret accessit ad curias magnam ubi ceteris repetentibus vestes proprias ut recederet ipse sicut a suo suo capam suam repetiit. et propter eius vetustatem erubescens in presentia aliorum reprehendit famulum dicens illa non est mea. primo domine dixit famulus. quam bene debetis agnoscere quia eam bene per viginti annos possedistis. qui multum confusus recessit. **A**d idem. **F**ingitur fabula quod canis fluvium transiens per

tem carnis in ore tenebat. quam in aqua videns resultare umbras aperuit os ut eam caperet. et tunc illam perdidit quam tenebat. **S**ic avari habentes bona nature etiam perdunt propter umbram bonorum temporalium que nec possidere possunt semper. **I**tem fingitur fabula. **Q**uia semel symea rogabat vulpem ut magnitudinem caude sue sibi prouideret. eo quod videbatur grauari ex eius magnitudine. **E**ui vulpis. **P**lus volo per lutum spermas et petras trahere quam tu tale beneficium possideres. **T**andem vulpis pro cauda trahitur et capitur. et tunc dixit. **V**tinam nunc symea caudam meam possideret. **S**ymea est pauper. vulpis avarus. cauda sunt diuicie eam quibus capiuntur. et finaliter pro cholo perduntur.

## De auditu

**A**uditus inordinatus multum nocet. **P**rimo animam vicijs corrodit. **L**egitur in libro de vii domis spissan. quod quidam demoniacus vidit quendam iuuenem lasciuum. quem salutando dixit. **B**enueeritis frater. **Q**ui interrogatus cur eum fratrem vocasset respondit. **Q**uia omnino erat sibi similis. tali exemplo probans. **E**go inquit demoniacus sum ut potest